



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis  
Expositio**

**Tamburini, Tommaso**

**Coloniæ Agrippinæ, 1665**

Quid sint, & qua ratione servanda? parag. 1.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40132**

<sup>a</sup> Th. Hur. VI. Thomas Hurtadus ait, concedi om-  
in mor. p. 2 nibus, qui communicant in Privilegiis, & b  
<sup>b</sup> tr. 12. c. 1. Castropal. omnibus Mendicantibus, & qui  
<sup>c</sup> n. 1848. communicant in Privilegiis Sancti Benediti  
<sup>d</sup> b. Castr. d. Et: quæ tamen Pasqualius loc. cit. limitat,  
de Ord. p. quando communicatio non est generica, sed  
<sup>e</sup> 13. n. 13. veluti sic, vel simili modo. *Communio vobis*  
*Privilegia aliis concessa, licet fuerint illis conces-*  
*sarre revocabiliter.*

<sup>e</sup> Th. Hur. Sed Thomas e. Hurtadus ait, Paulum  
<sup>f</sup> Quintum Minoribus, & Clementem Octa-  
vum Patribus Evangelistis concessisse hoc  
Privilegium sine illa limitatione incommuni-  
cabilitatis. Quare, quæcumque alia Reli-  
gio cum his communicans, etiam per com-  
municationem generali, illud participa-  
bit, etiam quoad Novitios, sed his cum Par-  
titione, vel Beneficio juxta supra dicta.  
Hoc Privilegium magnum vocatidem Tho-  
mas a. Hurtadus addas, illi sine scrupulo  
<sup>g</sup> de T. Hur. seposito Episcopos conformati: quæ eadem  
verba dixerat pro Mendicantibus Marchinus,  
loco supra citato.

19. Hæc Doctores prædicti, quorum fi-  
dem sublevandi, mihi, vel deprimendi, vo-  
luntas non est.

## C A P U T XI.

## De Interstitiis.

## §. I.

*Quid sint, & qua ratione servanda.*

<sup>a</sup> Suar. de. **S**ACRI Canones vulgatis juribus præ-  
Conf. d. 21. Scipiunt, ut Ordines conferantur or-  
dinandis cum certo temporis interval-  
March. de lo inter unum, & alterum Ordinem; quod  
Ond. str. ip. certe ita constitutum est, ut interim per exer-  
7. c. 1. n. 16. citia inferioris Ordinis, promovendus ad Su-  
Dianap. 5. periodes disponatur.  
<sup>b</sup> 2. Hæc intervalla temporum vocantur  
40. d. p. 4. Interstitia, quæ sine dispensatione, servanda  
1. 4. n. 209 ab omnibus sunt, etiam a Religiosis, præ-  
Castr. d. scindendo à Privilegiis, de quibus mox, idque  
4. de Conf. sub mortali, quia res est gravis, licet ex com-  
2. 10. 3. 1. muni sententia non incurrit suspensio, nec  
f. Lazzana irregularitas ab eo, qui illa forte non obser-  
vamus vet, ut notat Suar. e. aliique.  
T. Interst. 3. Hinc Lezzana f. immerito ex Bulla Pii  
tianu. 3. II. (quæ, quamvis valde fuerit amplificata  
Tamburinus de Sacramentis.

à Sexto V. hodie tamen servatur solum jux-  
ta restrictionem factam à Clem. VIII, g. J. g Cle. VII  
colligit, ordinandum non observantem In- Rom. Pon.  
terstitia, incurere suspensionem. Immeri- in Bull. tr.  
tò sanè. 3 fol. 40.

Hæc enim Bulla tria solum edicit. Primo, ut suspensionem ipso facto incurrat; qui sine dispensatione Canonica, aut legitima licen-  
tia ordinatur extra tempora. Secundo, ut ean-  
dem incurrat, qui sine Dimissoriis. Tertio, ut cañem, qui ante legitimam ætatem. Lezza-  
na autem illud (*sine dispensatione Canonica*)  
vult distinguere ab illo (*aut legitima licentia*)  
additque illud (*sine dispensatione*) cadere in alia impedimenta, atque adeo in impedimen-  
tum ex intervallo Interstitorum, nondum  
decurso, & illud (*sine licentia*) cadere in  
prædicta tria. Verum nimis gratis hic auctor  
loquitur; & illud [*aut*] clare ostendit,  
utramque clausulam cadere solum in illa  
tria, unamque ex ipsis clausulis esse alterius  
explicationem.

4. Porro inter primam Tonsuram, & O-  
stiaitium non inuenio, debere intercedere  
Interstitia.

5. Quoad Minores Ordines inter se, Tri-  
dentinum b requirit; ut ordinatus in Mino- h Trid. ref.  
ribus promoveatur per temporum Interstitia, 23. c. 11. de  
instructus in iis, quæ ad Ordinem exercen- Reform.  
dum pertinent. Insinuat ergo, debere inter-  
cedere aliquod saltem intervallum, ut ipso  
exercitio instratur in ordine recepto, & di-  
sponatur ad alium; sed quia non determina-  
nans intervalli spatium, addit, [ nisi aliud E-  
piscopo expedite magis videatur] idē ipsius  
Episcopi prudenti arbitrio id remittitur. Vide  
§. sequentem num. 6.

6. Inter Acolythatum, & Subdiaconatum,  
Tridentinum loc. cit. requirit anni unius Ec-  
clesiastici [ ut mox de ceteris ordinibus di-  
cam] intervallum. Excipe, nisi legitima con-  
suetudo aliud alicubi introduxit, ut dicto  
num sexto mox indicabo.

7. Inter Subdiaconatum, & Diacona-  
tum, atque inter hunc; & Sacerdotium ex  
eodem Tridentino debet annus intercedere,  
aque ex communi, tutissimaque sententia,  
Ecclesiasticus, idest ab uno Sabbatho v. g.  
Quatuor Temporum Quadragesimæ ad a-  
liud simile Sabbathum sequentis Quadrage-  
simæ; etiam si non intercesserint eo anno  
duodecim menses integræ. Ne sit tamen du-  
Mm bium,

bium , sufficere annum naturalem , quia multò magis , nomine anni requisiti à Tridentino , potest intelligi annes naturalis duodecim mensium , quae est significatio principalis.

8. Ex quo ultimo sequitur ( ait Pasqualius a ) si intercesserint duodecim menses , licet Ecclesiasticus annus nondum finierit , licet te posse ad alium Ordinem ascendere . Casus posset occurtere , si anno præcedente , Sabbatum Sanctum , in quo tu v. g. ordinatus fuisti , incidet in diem 22. v. g. Mattii , & anno sequenti incidat in 22. v. g. diem Aprilis : tunc ergo poteris in hoc anno ordinari in Sabbato ante Dominicam Passionis , si sit tunc completus annus naturalis , licet nondum advenerit Sabbatum Sanctum , in quo finitur annus Ecclesiasticus .

9. Quoniam verò extare dicitur Responso b Pontificis , quæ ait , sufficere ita annum Ecclesiasticum , ut satis sit , si transierint quatuor interstitia , id est quatuor intervalla temporum , sequitur ordinatum anno superiore in Sabbato Sancto , vel in Sabbato ante Dominicam Passionis , licet ordinari posse in Sabbato Quartuor Temporum Quadragesimæ , quia sic jam sunt transacta intervalla Quartuor Temporum , nempe à dicto Sabbato Quadragesimæ ad Sabbathum post Pentecosten : ab hoc , ad illud Septembribus : ab hoc , ad illud Decembribus : & denique ab hoc , ad simile Sabbathum sequentis Quadragesimæ .

10. Hanc præcedentis numeri doctrinam habet Pasqualius loc. cit. additque rationem à priori hujus rei esse posse , quia hæc duo Sabbathi , id est Sanctum , & Passionis sunt , vel pars , vel appendices Quartuor Temporum , quæ servantur initio Quadragesimæ : quare , qui ordinatus in hoc Sabbatho Quartuor Temporum initio Quadragesimæ , censetur ordinari in illis Sabbathis , puta Sancto , & Passionis , quæ sunt pars , seu appendix hujus , atque adeo , fictione Juris , non ante terminum debitum . Verum hujus doctrinæ penes ipsum sit fides , non a pud me.

c Sanc. in consil. l. 7. 11. Denique inter Sacerdotium , & E. e. i. dub. 15 pscopatum , de jure communis nulla n. 11. altos cessitas est , ut intercedant . Sed quamvis Sancez d' affirmet uno , eodemque die d Sanc. l. c. Dominico posse quempiam suscipere Sacer-

dotium , & Episcopatum , melius ramen negat Averla , & saltem ex eo capite , quod e Am. tam novus Sacerdos , quam novus Episco- de Ordine pus concelebrare debet cum Ordinante , id , 3. sc. 3. quod eodem die non potest , quia eodem Ver. 11. die bis celebraret .

Conser-  
tatione.

## §. II.

## De Dispensatione Interstitionum.

1. N E alterum ex his cum altero confundas . Tria Decreta Tridentini hic debes advertere , ejusque verba diligenter expendere circa promovendos ad Ordines Maiores , nam de Minoribus jam diximus §. præced. num. 5.

Primum , de Ordinato in Minoribus promoveri cupiente ad Subdiaconatum , sic disponit . Hi f. verò ( idest in Minoribus consti- f. Trid. tuti ) nonnisi post annum à susceptione postremi gradus Minorum Ordinum ad Sacra promove- Reform. antur , nisi necessitas , aut Ecclesiæ utilitas , iudicio Episcopi , aliud exposcatur .

Secundum , de Subdiacono g. sic . Promoti g. Trid. ad Subdiaconatus Ordinem , si per annum saltem 23. sc. 11. in eo non sint verjati , ad altorem Ordinem , nisi ibidem aliud Episcopo videatur , ascendere non permittantur .

Tertium , de Diacono h. sic . Ad Presbytera- h. trid. tus Ordinem assumuntur , qui in Diaconatu ad c. 14. minus annum integrum ( nisi ob Ecclesiæ utilita- tem , ac necessitatem aliud Episcopo videatur ) ministraverint .

2. Ex his tria habes . Primo , posse Episcopum ( quis autem esse debeat , dicam , mox à num. 9. ) dispensare in Interstitionis , quod non potuit in extra tempora . ut suprà no- tavi .

3. Secundo , debere adesse causam , Tum , quia id prædicta Decreta significant , Tum , quia omnis dispensatio , ut alibi dictum est , requirit proportionatam caulam .

4. Terter , à Concilio jam explicari quantitatem , ut ita dicam , talis cauæ . Nam maiorem causam requirit à Diaconatu ad Sacerdotium , ut illa conjunctio ostendit ( ob Ecclesiæ utilitatem , ac necessitatem ) quam à Subdiaconatu ad Diaconatum , quod significant verba illa ( nisi aliud Episcopo videatur ) & ab Acolytru ad Subdiaconatum , ut ostendit illa disfunctio ( nisi necessitas , aut Ecclesiæ utilitas